**Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg**

## Bibliographische Daten

| | |
|---|---|
| Titel: | Ternarius von Hebratzfelden; Heinrich Heinbuche; Konrad von Soltau; Vitae Heinrici, Kunegundis, Ottonis; Gesta Romanorum – Nürnberg, STN, Cent. IV, 17 |
| Signatur: | Cent. IV, 17 |

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

De custodia quadam cuius custodibus custodita per quam anima filia dei innuitur cum quinque sensibus ad custodiendam deputati sunt

Pompeius regnavit diues valde ac potens qui filiam vnicam pulcherrimam habebat quam tenerime diligebat intantum quod pompeius custodia quinque milites ei assignauit vt ipsa omne periculum sub pena qui eam custodirent. Milites vero diebus ac noctibus armati eam custodiebant ante ostium camere lampadem ardentem ordinabant ne aliquis de nocte ea accederet ipsis dormientibus nec agnoscentibus et quendam catulum bene latrantem habebat pro eius latratu expergisci possent. Puella ista tenerime erat nutrita que multum anhelebat mundi spectacula. Cum autem semel fenestras prospexisset venit dux quidam qui oculos in puellam iecit statim raptus est in amore eius quia pulchra erat valde [illegible] imperatoris vnica filia cum [illegible] quod post mortem iure hereditario imperium optineret cum illo. Et dux ipse ei multa promisit vt eius consensum obtineret. Illa vero sperans de promissione statim consensit catulum primo occidit lampadem extinxit de nocte surrexit et ducem est secuta. Mane vero facta est quod ubi puella deuenit. Erat tunc in palacio quidam pugil qui pro iusticia imperij pugnauit qui cum audisset quod filia patrem contempsisset agili cursu post eos currebat. Dux vero cum eum armatum vidisset venientem duellum ei dedit sed pugil preualuit caput eius amputauit et puellam ad palacium reduxit cum faciem patris multo tempore non vidit continue gemitus et suspiria emittebat. Hoc audiens quidam sapiens in curia imperatoris qui semper mediator inter imperatorem et alios erat constitutus motus pietate pro ea patri est reconciliata ac nobilissimo viro est desponsata. Quo facto puella recepit dona et alijs donaria. Et primo a patre tunicam talarem polimitam undique habentem hoc interpretum Dimisi tibi ne addias. A rege quendam coronam auream habentem insculpta Gloria tua dignitas. A quodam propugnatore anulum cum sculptura Dilexi te disce diligere. A sapiente mediatore alium anulum sit sculptum Quid feci quantum [illegible]. A filio regis et anulum in quo erat sic sculptum Nobilis es nobilitatem tuam ne contempnas. A germano quis eius anulum in quo erat sic sculptum Accedere ne timeas frater tuus sum. A sponso suo sigillum aureum quod sibi sponsi hereditas confirmabatur collata cuius scriptura erat Iam iuncta es noli amplius errare. Puella postquam ista dona recepit quamdiu vixit ea custodiuit ab omnibus dilecta et dies suos finiuit in pace bona. Moralitas. Carissimi imperator iste est pater celestis qui creauit nos per passionem filij sui de quo Ysaias ipse est rex regum et dominus dominancium.

Vnicornis

Vnicus vero ipse est per tunc quod nos fecit et creauit et filia vnica est anima tua quam traditur quinque militibus id est quinque sensibus ad custodiendum qui sunt armati per virtutes quas homo in baptismo recepit. Isti sensus sunt visus auditus et [illegible] habet gladium [illegible] resistere. Judith [illegible] portam

Stadtbibliothek Nürnberg